



26. K

23.  
24.  
**ΠΑΡΑΓΓΕΛΜΑ**  
*Quo*  
**ACADEMIÆ VIADRINÆ**  
**RECTOR**  
**CYRIACUS**

HERDESIANUS,  
J. U. D. & Professor Publicus

*Ad*  
**ANGELORUM**

*custodiam custodius fovendam*

&

*Animi gratitudinem erga venerandos  
animatorum custodes reverentissimè  
declarandam,*

Reip. literariæ cives huma-  
niter invitat.

*Ad III. Kl. Octobrium,*

*ANNI*

*∞ Ioc. XXII.*

---

*Literis*

**HARTMANNIANIS.**

АМАНГРАДА

ЯКОВОВО

СЛОВАРЬ

ИАНДІАНА

Л. Д. & ПРОФЕССОР ПУПИЧЕС

МИЯОЕНДА

Іншевоїнійським

тобто відомості про  
важливі відомості про  
животні

Якід, історія сільського

господарства

індустрії та промисловості

ІІХХ. Ст.

СІЛЬСЬКА МІСІЯ

**T**RISTE leo pecudi, lupus omni triste bidentum  
Cætu, non adeo campis custode fugato  
Immorsi frendent, quando speculantur ab antro  
Cervam, vel nondum beliantem fronte juvencum;  
Non it acum fremit ugaudent inhiantq; rapina  
Vel suadente fame, non sic manduntq; trahuntq;  
Molle pecus, mutumq; per ora cruentatimore,  
Quām cupido sitiens humanas pectore clades  
Irruit in nostras genus, & furit, & fremit armis  
Atq; dolo Satanas, funditq; in pauper ovile  
CHRISTI crudeles iras: qui ut devoret Orco,  
Solis ab occasu Solis vestigat ad ortum,  
Solis ad occasum Solis vestigat ab ortu  
Undiq; mortales: quarenti deficit orbis.  
Nec mirum. Roseo factus spectabilis ore,  
Quanto splendidior, quam cetera sidera, fulget  
Lucifer, & quanto quām Lucifer, aurea Phebe,  
Tanto cœlitibus præstantior omnibus ivit,  
Insanoq; tumens fastu divina negavit  
Fata & jussa sequi, verbisq; minoribus uti.  
It furor in rabiem, rumpitq; hac verbarebellis  
Ad Dominum: In partem veniat mea gloriæ tecum.  
Majori fæst minor ut concedat ubiq;

At quid tu nosti, quod non nos facimus & ipsi?  
Quid sapis, aut quid habes, cuius non copia nobis?  
Sed dicto citius facies & forma recessit  
Pristina: turpatur noctis mortisq; colore,  
Corpus, cœlestiq; solo, cum examine copi,  
Qua data portaruit, fundoq; exceptus Averni est.  
Heu quantum hic genius genio mutavit ab illo!  
Conjurant igitur magnum per inane, per Orcum,  
Et Satanagenium, verbis ausisq; nefandis  
Ire Deum contra, superosq; lacestere probris,  
Quotq; sequuturi vexillum perdere, Christi.  
Hoc sacramento proceres turbæq; minoris  
Pernicosa manus promittunt siare, suiq;  
Luciferi famam, jus sacrum, corpus, honorem,  
Nec se laesuros, & si quis laderet entet,  
Usq; vel ad mortem, tota vel morte reniti.  
Hinc fraudum laquei & scelerata insania noxe,  
Hinc bellum assidue ducunt cum gente supremo  
Iova devota: quos favos cunq; Nerones  
Ad cadem instimulant, viduent ut civibus urbes,  
Imprimat & muris curvum furibundus aratum,  
Miles, cui ludos volupe spectare gradiri.  
Tanta animos hominum tanta feritate profanant,

Ut

Ut quae juncta aputes, ea discitò juncta labescant,  
Membraq; se misero consumant mutua ferro,  
Ac sedus rumpant, quanta heu perjuria! jure-  
Jurando obstricti, nihil est quies dextra fidesq;  
Hinc putres spargunt contagia dira per auras,  
Ut trux pestilitas & non superanda timorum,,  
Mors genitrix, passim fusis grassetur habenis.  
Depositum fundus mendax ut fallat, in herba  
Crescentes segetes proculcant: frugibus arvi  
Immittunt vitium spes anni opulentis ut absint,  
Et frustrè exspectet promissas area messes,  
Frustra aut promittat sibi parva pecunia messes.  
Ast & vivifici corrumpunt pabula panis,  
Quem pluit è cælis Deus in piacorda, situq;  
Obducto reddunt divini dogmata Verbi  
Squallida. Sic vetito de ligno carperem alium  
Suasit, Adame, tuae consorts Lucifugus seps,  
Suasit & incant & persuasit fraude latenti.  
Est adeo exitii nostri causa, ultima caussa  
Perfidus ille Draco, tota cui sunt criminis fraudum,,  
Mens quota non potis amplecti, non ora profari.  
Et quando accedit mundo festina senectus,  
Iam cupit extremo saevire tragædus in actu,

Atque sui sat agit numeros absolvere pensi.  
Iam per terram, animas aurarum, & cœrula ponti  
Disitus, Ausonias gentes ac virus Iberi  
Cogitat orbis, eant fidos à stirpe revulsum,  
Et truce deturpent Christi caligine Verbum.  
Hinc Latia telluris Atlas, damnabile monstrum,  
Monstrum avidum, atro Erebo ortum, harpa omni-  
que acrius hydro,  
Dicta Dei contra vano sibi somnia cultu  
Fingens, per populum Christi nova fulmine jura  
Figit, & extorres jubet esse soloque, poloque,  
Promerito ex JESU, spem pascere cordibus ausos.  
Hec sunt Luciferi non Luciferi ausa nefanda:  
Plura recensis tis prisca edent secula fastis.

Qui nos umbro teget, nobis jurata Deoque  
Pubes & Musis operata? quis arcus in hostes  
Lentandus? quantis Satanacertabimus armis?  
Quis nos servabit custos rigidus ve satelles?  
Nil aget hic custos, nil arcus & umbo, nihilque  
Arma: & custodes quis custodiverit ipsos?  
Nilest custodum excubuis obsidere portas,  
In speculis nisi sit tutelarius urbis.  
Ipse Deus, vigilique homines custode coronet.

Is

Is put a militiam cœlestem flaminis instar  
Condidit: Hæc laudat factorem carmine: Sanctus,  
Sanctus, ter sanctus: responsant omnia, Sanctus  
Sanctus, ter sanctus Deus: huic sit gloria jugis.  
Hæc & totius custodia publica mundi est,  
Hæc nos defensat raptatq; e fauce Draconis.  
Ut latrante alvo tractat cum Martius agnum  
Averso pastore lupus, fætumq; tremore  
Fætum dilacerat, tum si vestigiare retro  
Audit is celeret balatibus obviacustos,  
Iam sibimet metuens, spirantem faucibus imis  
Rejectat prædam, vacuoq; recedit hiatu:  
Sic animis inhiant incassum sape Lycaon  
Infernalis & omne nigrum sine nomine vulgus.  
Onos felices ter & amplius, igneus imber  
Quos stipat dormitantes, vigilantibus omni  
Temporis in puncto invigilat, comitatur eentes!  
Nos tro quod vita salvi producimus annos;  
Urbis quod nostra, quando jam proximus ardet  
Ucalegon, quia sunt peregrinis mœnia nullis  
Impetier, furia queis sunt extrema minata  
Fata; quod haud pestis damnavit secula, triste  
Nec medicamentum poturos; fulmina crebra  
Non plures binis quod combussero, vel imber  
Deucalion eius totos non mersit; agellis

Quod per grandineas hiemes, queis plurima vitis  
Mortua, frugifer as tulit est as humida messes,  
Carcere ventorum quod turbo phreneticus ira  
Horrificè rupto nos non tulit ; integra JESU  
Hic quod inaudimus fidentes Fata doceri;  
Non opis humanae est, sed opus MICHAELIS IOVÆ,  
Principis Angelicæ turma, tentoria solus  
Enthea qui sacro nos nostraq; milite cingit.  
Tanta in nos benefacta quis ore aut versibus aquet?  
Et nos ingrates cessamus? Surge Dei gens,  
Discute somnum animæ, cælo teq; assere totum,  
Peccati eluviem deliramentaq; linque:  
Horum peccata scribit Draco, qui sibi Christum  
Inscribunt, fugit hos sacrosanctæ exercitus aula.  
Delectare Deo, & te delectabitur idem:  
Verbum audi sacrum, verbum perpendeq; sacrum.  
Aure dicis caussa sacra qui bibit, ille profanat.  
Mysten, angelico qui gaudet munere, honora  
Munere: te miserum, si angelus esurit, à quo  
Et pacis captas & nuncia verba Salutis.  
Tum dignas solves cæli promilie grates:  
Sic quem per Genios, nobis Archangelus anno  
Elapso, hoc etiam venturo ostendet amorem.

P. F. von Loef

Ja 666

ULB Halle  
002 177 021

3



sb-200

K077 MC





# Farbkarte #13

B.I.G.

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

8  
7  
6  
5  
4  
3  
2  
1  
Inches  
Centimetres

ΕΛΜΑ  
ADRINÆ  
OR  
CUS  
nus,  
or Publicus  
RUM  
fovendam  
ga venerandos  
erentissimè  
ves huma-  
rrium  
XII.  
IANIS.